Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Novembri in Bozano, supra Palatium Episcopatus in Capella S. Andreae Apostoli, in presentia Dominorum Ulrici Archidiaconi de Trident. --- Dietonis de Trimano --- et aliorum rogatorum, ibique, pactum et concordiam tale est, inter Dominum Egonem Dei gratia venerabilem Episcopum Tridenti ex una parte et inter Dominum Meinhardum Dei gratia illustrem Comitem Tyrolensem, et Goritiae, ac Eulesiarum Aquilej. Trident. et Brixin. Advocatum pro se, et fratre suo Domino Comite Alberto absente, ab altera: quod Dominus Episcopus predictus habeat, et habere debeat omnes Reddibus Episcopatus pro se specialiter hoc excepto quod de mutis (pretio de prediis permutatis, ut explicat Coroninus) Rationibus, Moneta, et Canipa (cellevinaria) in Tridento primo Capitaneis, et Custodibus Civitatis Tridenti, et Castrum eidem parti necessarium de stipendio consueto provideatur, et quod superfluum erit de predictis mutis, Rationibus, moneta, et canipa, aequaliter dividatur. Scilicet medietatem ipse Domino Episcopo, aliam medietatem Dominis Comitibus: item omnes ~~qe~~ acquisitiones, de judiciis, collectis, et aliis qualiterunque acquisitis per totum Episcopatum Tridenti: aequaliter, ut dictum est, dividantur. --- quae omnia promiserunt vicissim hinc ad proximam Epiphaniam Domini, et inde per duos annos, bona fide, sine fraude, firma et rata habere, et tenere, nullaque jure contravenire. Promittit porro Meinhardus pro se et fratre, tutelam Episcopi, et Ecclesiae Tridentinae, contra quoscunque.

37) Burglehner l. III, c. 1, v. Laimburg: Graf Meinhard vnnd Graf Albrecht von Tyrol, leihen zu lehen die Veste Laimburg, Heinrichen von Laien 1263.

38) Anonymus Lechiensis ad an. 1268. Kurfizius Germ. Sac. t. II, in Philippo.

39) Stero ad an. 1269. Saltzamus Chron. Austr. apud Hier. Pezium t. I.

40) Manriques Ser. Abbat. Cister. in Joanne I. Acta Capitulorum generalium. Also Biblioth. Stams. Anno domini M° CC° LX° IX°. Statuta sunt haec apud cysterium tempore capituli generalis. --- Item cum remuneracionis plus habere debeant et mercedis illi qui maioribus et utilioribus laboribus occupantur statuit et ordinat capitulum generale vt quolibet anno pro abbatibus et vniuersis personis ordinis qui eo anno mortui sunt vel fuerint dicatur vna missa pro defunctis pluraliter a singulis sacerdotibus ordinis vniuersis et L psalmi vel miserere mei deus ab vniuersis monialibus ordinis et conuersis vel totidem pater nosters ab illis qui psalmos nesciunt. Festa hodiedum moris sic salubertimus, sed auctus ita, ut Anniversa-

39*) Cruisius Annal. Suev. l. 2. Fugger Chronic. l. 2, c. 4. De jure Ducum Bavariae in Suevia vide supra ad c. XII. Add. 45, 87. De Elisabetha vero Trithemius Chron. Hirs. ad an. 1253: His temporibus Margaretha (l. Elisabetha) Pueis Bavariae Ottonis filia, Conradi Regis defuncti relicta vidua cum parvulo suo filio Conradino, vitam agebat apud Suevos in Germania. Susceperat etiam Ducatum Suevorum a Conrado Rege debito nomine, quem et possedit quam diu fuit in humanis. Vd. supra ad c. X. Add. 120, et ad XII. Add. 82.